



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Leander Episcopvs. 27. Febraurii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

\*o) 176. (o\*

quibus sanè vestra gloriae & honorum sitis omnino  
expleri potest: hos honores quærite. si honoribus  
opibusq; capimur: veris honoribus, opibusq; capiamus.  
Eucher.

3. Ut veram Christi gloriam acquirere possis,  
oportet, ut contemnas gloriam mundi, atque pro  
Christo, & magna facias, & dura patiaris. Sperne,  
age, patere: his tribus tanquam gradibus ad veram  
Christiani gloriam pervenies. Quid adhuc fecisti,  
quid passus es Christi causa? A minimis incipe;  
non deerunt tibi occasionses; iis tu ne desis.

---

## S. LEANDER EPISCOPVS.

27. Februarii.

*Diliges Dominum Deum tuum ex  
toto corde tuo, ex tota anima  
tua, & ex tota mente tua.*  
Christus. Matth. cap. 22.

**C**or igneum quod manu gestat LEAN-  
DER, sui in DEVVM amoris est argu-  
mentum. Quem iuvenis concepit ignem,  
extinxit nunquam: arsit quandiu vixit.  
Quæris ubi primum has flamas hauserit?  
in communi illo igniario virtutum, divini  
amoris

20) 17. (o.)

amoris camino, religiosorum asceterio; hoc  
est in monasterio. Compulsus ad mitram  
Hispalensem, totus ignis erat, luxit & arsit.  
Luxit animis jam longâ noxarum caligine  
lippientibus, quas ad meridianam virtutum  
lucem protraxit; arsit Arianis, accendit eos  
doctrinâ, docuitque Solem justitiæ intueri.  
Nunquam quicvit hic ardor, crevit ignis  
cundo. Non tantum commissum sibi gregë;  
sed universum Hispaniæ imperium inflam-  
mare aggressus est. Ut ageret opportunitis,  
cœpit à Rege Recaredo, quem subito dis-  
cussa errorum nube ita irradavit, ut diem  
nocti, lucem tenebris, veritatem mendacio  
præhaberet, fucitque Regum Hispanorum  
primus, qui Religioni Catholicæ dixerit  
**Sacramentum.**

### M E D I T A T I O

#### *De Amore Dei.*

1. **A**ma Deum ex toto corde tuo, ex tota ani-  
ma tua, ex tota mente tua, hoc est, ad  
unum Deum refer cogitationes, verba, actiones,  
desideria, omnaem denique vitam tuam. O te felici-  
cem! si ames, & amando possideas Deum: nam  
habet omnia, qui Deum habet, & caret omnibus,  
qui Deo caret: Quid adhuc amâsti? pudet memi-  
nisse. **A**mantissime Iesu, cognoscant te homines,

K

&

30] 158. [c. 55]

& amabunt te, quia parum cognosce, parum amo. Au-  
2. Ama Deum ante omnia, cum omnia bonitate  
vincat. Descende in animum tuum: vide utrum  
magis diligas parentes, amicos, voluptates, divi-  
tias, famam, quam Deum? An is es, qui boni  
omnibus, & vita quidem ipsa citius carere velis,  
quam amore Dei? Si aliter affectum te sentis, fru-  
stra praedicas tuum in Deum amorem, facta sunt  
verba tua, factus tuus amor, & brevi facta tua pu-  
gnabunt cum dictis tuis. Dilige illum, qui tibi est,  
quidquid amabile aut optabile esse potest. Bern.

3. Scirene cupis, utrum syncero amore Domi-  
num prosequaris? vide; an diligenter observes  
ejus mandata. Qui habet [ inquit Christus ] man-  
data mea, & servat ea, ille est, qui diligit me. Qui  
secus fecerit, Deum diligere se, fallido gloriatur. A-  
manti Deum, & ejus mandata observanti tanta  
promissa sunt, ea tamen omnia pro nihilo ha-  
bemus!

---

## S. L V P I C I N V S

### CONFESS.

28. Februarii.

Pœnitentiam agite, appropinqua-  
vit enim Regnum Cœlorum. Matth.;

Eadem studia & vitæ rationem eandem  
audies in Lupicino & Romano, ut me-  
ritò